

secus in odiosis, & sic in damnosis, ex late tradita per Roder. Suar. in l. 9. tit. 11. lib. 1. for. in vers. con. era ultra, ubi in nostris terminis id probat: cuius opin. alios auctores refert Gaspar Baeca de non melior. ration. dot. sibi. cap. 6. num. 35. ubi et alio loco remittit. Hanc etiã sententiam ad nostram l. probavit nouissime Pelaez de maiorat. 4. part. quest. 27. num. 56. pro quo facit l. statim. sequens, disponens, vt filius vel filia post matrimonium, vel relationem potiarur vsufructu bonorum suorum aduentitiorum, & sic loquitur in fauorabilibus: Nam illi legis decisio videtur deduci atque deriuari ex regula generali nostrã l. Ergo hæc per illam declaratur, & sic vt intelligitur in fauorabilibus tantum, secus in odiosis: Cum enim hoc in fauorem huiusmodi filiorum introductum esse videatur, non debet in eorum dependium retorqueri, vt in l. quod fauore, C. de leg.

Nihilominus tamen contraria sententia tenenda est, imo quod nostra lex octaua in omnib. indistincte procedat, sive in fauorabilibus sive in odiosis, idq. aperte deducitur ex ipsa ibi, En todas las cosas para siempre. Nam qui totum dicit, nihil excludit: Si enim aliud diceremus esset contra literam nostrã l. afferentis, En todas las cosas, &c. Item contrahentes cum his filiis velatis illaqueantur atque legis beneficio deciperentur, siquidem quando ipsi filiis velatis expediret. vellent feruari contractum, alias secus sicque contractus claudicaret, quod est contra iura vulgaria, præcipue cõtra nostram legem, quæ equalitatem feruari voluit in nostro casu, dum dicit, En todas las cosas. Quasi interrogatus legislator de hac questione, nempe an in fauorabilibus tantum, vel etiam in odiosis procedat hæc lex: respondet in omnibus, &c. Quare verissime meo iudicio hanc sententiam probauit Anton. Gomez in l. 47. Tauri. numer. 3. & ibi doctor. Castell. & nouissime Ioann. Matien. in present. gl. 3. num. 1. Postremo Ioan. Gratian. in regul. 198. nu. 1. dum ibi dubitat de opinione cõtraria Licetiani Pelaez quia lex nostra generaliter loquitur, & credit contrarium, & sic nostram sententiam in practica seruandam.

Non obstant adducta in contrarium per Roderic. Suarez nec ipsius auctoritas, quæ profecto maxima est in practica, quoniam illa cessant, instantibus verbis nostræ legis supra relatis, quam minime retulit præd. auctor, nec forsitan vidit. Nec prædictus Baeca videretur in opinione contraria remanere: quandoquidem ad alium locum se remittit. Palaez autem suam opin. minime probauit, nec ad literam nostrã l. aduertit. Non obest ratio supra à me considerata, quoniam etsi vera sit illa non tamen inde colligitur, mentè legislatoris eam esse, vt per sequentem generalem decisionem l. præcedentis, hoc est, nostrã, restringere velit, sed l. 8. & 9. se habent tanquam genus & species: Genus enim continet in se sub sua generalitate plures species. Species vero sola continetur in se, in indiuiduo: illa vero, quæ in generali locutione continentur in casu dicti, l. octaua conueniunt tam in fauoribus, quam odiosis, cum generaliter per modum regulæ procedat dicens: En todas las cosas para siempre. Lex vero noua statim sequens loquitur specialiter & nuncupatim respectu vsufructus bonorum aduentitiorum, filiis velatis in posterum acquirendi, & sic fauore eorundem. cuius ratio desumi potest ex lege nostra generali propter emancipationem ab eadem nostra lege eodem casu prius inductam: non tamen ab hoc tollitur nec restringitur generalitas nostræ legis, ibi in omnibus, imo illa remanet illa, circa quam nouilla alia tradit Greg. Lop. in l. 5. tit. 5. part. 6. in glo. Que descendit dellos.

Ex eadem nostra l. 8. ibi, para siempre, probada venit doct. Maluerij in sua praxi, titulo de dot. & matrim. prescripta de consuetudine, nu. 37. existimantis, patriam

potestatem solutam ex matrimonio soluto: nam cum dicat lex, Que para siempre sea auido por emancipado, consequitur, vt etiam matrimonio soluto, id loci habeat: quam sententiã probauit etiam Matt. de Affl. in consil. Sicil. incipient. prosequ. 2. quæst. col. 4. n. 12. Tra. quel de iur. marital. glo. 3. in principi. Boerius decis. 197. n. 4. ubi dicit quod hæc opinio seruatur vbique, & eoa referens Baeca de inope debet. credit. ad dicend. cap. 1. q. n. 6. & sequent. ubi late eam probat aduers. Neapod. re. latum ab Affl. ubi supra, Chassaneum & Ioannem Bofe. & Thom. Grammat. decis. 14. quos refert idem Baeca in tractat. solut. patria potest. ex matris. Sed præcedentem veram sententiam cum aliis, quos refert, sequitur Matien. in present. l. 8. glo. 3. num. 2.

SVMARIA

- 1 Anus paternus an hodie atter. l. 47. Taur. teneatur dotare nepem egentem: & non sequentib. affirmatur numer. 3.
- 2 Anus paternus iure communi atteritur tenetur dotare nepem egentem, si filius non habet v. de eam dotet.
- 3 Anus paternus an hodie possit substituere pupillariter nepotibus?
- 4 Duo requiruntur à l. Regia 47. Taur. copulatiue ad hoc vt ipsa procedat.
- 5 Filius etiam sine consensu patris matris. contraxerit & veletur, pater non habebit vsufructum bonorum filij.

Eadem l. 8.

QVÆSTIO X.

QVÆRO 1.º secundo circa eandem legem octauam 1. An hodie, aucta dispositione huius legis, anus paternus teneatur dotare nepem egentem? Et 2.º dubium facit, quia licet iure cõmuni ad id teneatur prædictus anus si filius non habet vnde eam dotet, vt in l. decem, dedit. ff. de collat. bon. & ibi Bar. l. adeo, ff. de i. rem. vers. ita Bald. in Auchen. res. que. m. 12. C. communis de legat. & ibi Paulus & Iulian. num. 12. doct. Anton. d. Padill. nu. 58. estque communis opinio, vt pluribus relatis testatur Baeca de non melior. and. ration. dot. sibi. ab. cap. 7. n. 6. nouissime Matieha. hic glo. 2. num. 5. & approbat hodie in l. 8. tit. 11. part. 4. ubi hoc limitari nisi neptis ipsa habeat substantiam ex qua se dotet: quod & iure communi procedere aduersus Socinum in l. 1. num. 47. & sequentib. ff. solut. matrim. & gl. dict. 8. bene recenset Baeca ebi supra: Hæc tamẽ procedunt, quando talis anus paternus habeat neptẽ in potestate, vt probat dict. l. 8. ibi, El abuel de parte de padre que ouere su nieta en poder, enudo es de la dotar. Et in habente liberos in potestate, idẽ disponit, l. qui liberos, ff. de ritu nupt. Cum igitur iure communi nepotes sint in auctorum potestate, vt in l. nepotes, ff. de his, qui sint sui vel alieni, in l. 1. & in l. pater filium, ff. de adop. cum similibus, nisi quando ante natum seu progentium nepotem, filius medius est emancipatus, vt in l. 5. penult. In istis, quibus modis ius patri potest soluat. & iure Reg. per contractum matrimonii, & benedictiones nuptiales habeatur pro emancipato in omnibus per nostram legem, consequens est, vt filius postea conceptus atque natus non subintret in aui, sed tantum patris sui potestatem, vt ex eadẽ lege deduxit Gregorius Lopez in l. 1. tit. 5. part. 6. in glo. Que descendit dellos: inde inferens hodie auum huiusmodi nepotibus minime pupillariter substituere posse, cum ad id patria potestas requiratur: vtrumque 1.º limitans, nisi ante prædictas benedictiones nuptiales nepos fuisse conceptus, contractis tamen sponsalibus de presentẽ: tunc etenim licet filius postea per benedictiones nuptiales liberetur à patria potestate: nepos tamen cum

cum fuerit conceptus prius, remanebit in potestate aui: sicque poterit ei substituere pupillariter, arguunt. text. in §. siuid. postius quib. mod. in par. potest. soluitur. Quod procedit, quando per mortem aui substituentis nepos non sit recalurus in patris sui potestate, forte quia erat mortuus, alias secus, vt ibi per Greg. Et quod nepes natus ex filio despolato per verba de presentẽ nõdum sumtis benedictionibus nuptialibus, etiam hodie sit in potestate aui, tenet etiam doctor Antonius Gomez in l. 47. Taur. numer. 1. & Matien. in present. gl. n. 1.

Cum igitur nepos conceptus natuque post benedictiones solemnes nuptiales à parentibus receptas, non subintret in aui sui, sed tantum in proprii patris potestatem: quia iam reputatur emancipatus per contractum matrimonii & relationem, auiusq. paternus ita demum nepem egentem teneatur dotare, si ea habeat in potestate quali secus sit alias, vt per p. d. d. manifestum sit hodie, aucta nostra l. quod auus paternus minime teneatur dotare huiusmodi nepem, quantumcunq. egentissimum, cum ipsa nõ sit in euidem, sed tantum in patris potestate & in nostris terminis ita credit Palat. Rub. in Revert. cap. vlt. at. 24. inc. p. auus, de donat. inter vir. & vxor. n. 1. ver. sed caue. relinquat tamen cogitandum.

Nihilominus tamen contrarium in nostris terminis determinat Greg. Lop. in dict. l. 8. tit. 11. part. 4. in gl. El abuelo ad finem dicens, quod quicquid Lupus scripserit ubi supra, etiam hodie itante nostra l. 47. Tauri, auus paternus cogitur dotare nepem: quamuis id minime probet. recte tamen idem comprobatur aduersus Palat. Rub. Baeca ubi supra, num. 22. & sequent. cuius fundamentis, & ipse in eandem secundam partem adducor: difficultas tamen existit in respondendo ad fundamentum prioris partis, nempe requiri à d. d. 8. partitæ patriam potestatem in nepem, ad hoc, vt eam auus paternus teneatur dotare, quam tamen hodie auus nõ habet ex nostra l. Quid dicendum? Meo iudicio potest responderi, quod illa verba l. partitæ, Quæ bona esse su nientia ex potest., minime impotentem conditionem, nec necessarium requisitum, ita vt prædicta patria potestate cessante, auus nepem dotare minime teneatur: quoniam hoc argumentum à contrario sensu, non est sumendum in proposito, quia resularet absurdum contra iuris dispositionem, que habet, vt obligatio dotandi in parentibus, procedat etiam in filiis emancipatis, vt in l. fin. C. de dot. prom. ff. Secundo, in terminis id comprobo ex dict. l. d. item d. d. 1. ubi probatur, quod officium aui circa nepem, ex officio patris et erga filium pender, & quia pater filiaz, ideo auus propter filium nepi dotem dare debet. Si ergo auus paternus dotem dare debet nepi propter filium, non vero propter ipsã nepem principaliter, patria potestas ne. tis circa auum non debet esse in consideratione huius obligationis. cum ipsa obligatio propter filium sit, non propter nepem: quod autem filius habeatur pro emancipato per benedictiones solemnes nuptiales, vt in nostra lege, nihil refert argument. dict. l. final. C. de dot. prom. ff. cum ob emancipationem non desinat esse filius sui patris, nec tollatur effectus & obligatio paternæ: lex igitur parte octaua in verbis supra relatis, potius factum considerat, quam vllam iuris mysteriam denotauit: Idem ergo erit, si auus non habeat nepem ex filio in sua potestate: Et ita existimo tenendum in iudicando & consulendo.

4. Requiritur 1.º tamen, vt decisio nostræ legis procedat, duo copulatiue: nempe quod matrimonium per verba de presentẽ sit contractum in facie ecclesiæ, & quod solemnes benedictiones nuptiales sublequatur: itaq. nõ sufficeret matrimonium, nisi præterea Missa benedictionis diceretur, quod patet ex verbis nostræ

legis & sequentis, ibi, Casado y velado. Et in terminis ita tenent glossatores hic præcipue Cifuentes & reliqui, Greg. Lop. in dict. l. 8. Menchac. de success. creat. §. 4. p. 17. quorum sententia communis est & in praxi recepta secus d. Matien. hic glo. num. 4. in fin.

Præterea non est quadam ad hæc legem nostram adnotatio cuiusdam Moderni Hispani, ne alias aliquẽ decipiat, nempe Menchac. de success. creat. §. 19. n. 7. & 72. tenentis hodie attenda hac lege 46. Taur. per quam matrimonium emancipationi assimilatur, sicut per emancipationem dimidia vsufructus pars ad patrem pertinet, vt in l. cum oportet, §. cum autem, C. de bon. quæ liber. ita & per matrimonium dimidia tantum pars ad patrem spectet. cum filius vxoratus & velatus habeatur pro emancipato in omnibus, vt in hac l. Hęc namq. opinio aperte est contra literam l. 48. Tauri, statim sequentis, quæ est l. 9. busius tit. 1. lib. 5. Nonne Collect. Regis, ubi dicitur Quæ el hi 50 hijas, casando se, y velandose, ayan para si el usufructo de todos sus bienes aduenticios, puesto q. sea vivo la padre: et qual sea obligado a la lo rest uir, sin le quedar parte del v. n. fructo dellos. Quare reicienda profus est præd. noua sententia & minime tenenda. Et ita merito idem ipse Menchac. suspicatus de ea inquis, Cogitã quia non firme, est quimnis nouum & inauditum.

Sed nec etiam est nouum nec inauditum, quandoquidem ante eũ nõ nostris idem prius tenet Palat. Rub. in repe. cap. per vsufruct. de donat. inter vir. & vxor. in 2.º tit. 3. incip. sed si filia contraheret matrimonium: 2.º dicens quod licet per contractum matrimonium filia liberetur à patris potestate secundum regni consuetudinem per dict. l. 47. Tauri, quia tamen liberatur factõ suo non patris, retinebit pater vsufructum vel partem dimidiam vsufructus, iuxta a notata per glo. Angell. & alios in Auchen. idem est, C. de bon. quæ lib. Idem tamen Palat. Rub. prius in repe. Rubrica, dict. tit. de donat. inter vir. & vxor. §. 4. incip. Sed quamuis secundum iura ciuilia, n. 2. quoniam sub dubio, & relinquens cogitandũ vult, quod si filius sine consensu patris matrimonium contraxerit, & ita ex factõ suo liberatur à patria potestate, pater non perdat vsufructum, quem habet iure patriæ potestatis, vt in l. fin. C. de bon. quæ lib. & in l. 2. C. de bon. mater.

Si aut pater consensit matrimonio filii & sic quodã modo ex factõ patris perditur patria potestas, perdat dimidiam vsufructus, vt in d. l. in oportet, §. cum autem, C. de bon. quæ lib. quam distinctionem Palat. Rub. refert Boer. decis. 197. n. 1. & sequ. & n. 8. posteriori casu, quando pater consensit matrim. filij, tenet cum Alex. & aliis, quod pater perdat totum vsufructum, quem habet illud esse communis.

Sed hodie facta dict. l. 4. Taur. quam nullas ex supradictis allegat, indistincte tenendum est, absque dubio, quod per contractum matrimonii, & relationẽ simul filij vel filiaz pater omnino perdat vsufructum bonorum aduentitiorum eiusdem filij vel filiaz, cui ex tunc tenetur integrum eum abque retentione patris alicuius restituere, vt in litera d. supra relata expresse cauetur, & in terminis aduertit Bernardus Diaz. de Luca in addit. ad Palat. Rub. in dicto numero v. gesto sexto, & ita practicati testatur idem Palat. Rub. in dict. Rub. dict. §. 4. dicens: Hodie tamen practicitur, quod per contractum matrimonii liberatur filius à patris potestate, & pater perdit vsufructum in totum: quia filius, qui duxit vxorem habeatur pro emancipato, quoad omnia per l. 47. Tauri. Rectius igitur se habuit in re hac Palat. Rub. quam Menchac. quia quamuis ille eandẽ sententiam prius tenuerit, quam potest, eo non relato tanquam nouam tenere tentauit hic, praxin tamen dict. l. 48. Tauri, conformem retulit Palat. Rub. quam postremus omisit, vterque vero decisionis d. l. 48.

oblitus est, qua existente praxi ab illo relata aperitissime comprobatur: Adhucendum igitur eidem.

SVMARIA.

- 1 Pragmatica de Madrid de las dotes, habet locum non tantum in habentibus annuos redditus, sed etiam in non habentibus, sed alia bona.
- 2 Baeca circa quodam considerandi valorem facultatum non habentis annuos redditus, carpitur.

Pragmatica 101. de Madrid. Anno 1538. Hodie l. i. tit. 2. de las dotes. lib. 5. Nouz Colle& Regiz.

QVÆSTIO XI.

QVÆRO 1^a Pragmat. 101. de Madrid hodie l. i. tit. 2. de las dotes, lit. 5. Nona Collect. Reg. procedit & locum habeat tantum in habentibus annuos redditus, de quibus in ea, an vero in ceteris etiam qui annuos redditus habent, sed alia bona? Et videtur quod in illis prioribus tantum locum habeat, non vero in his posterioribus, ex verbis eiusdem legis, *Elque tuare dozeñtas mil maravedis de renta, o de otra cosa*: Nam ibi semper lex loquitur de habente annuos redditus, non autem in eo qui redditus non habet: Ergo in huius tantum casu practicanda est: sicque licitum erit omnibus aliis non habentibus tot in redditibus meliorare filias, sine tacite sine expresse, in tertio & quinto: quia cum de his lex non loquitur, minime in eis intelligenda est: tanquam casus omittis remanebit in dispositione aliarum legum huius Regni permittentium meliorationem fieri filiabus, ut in l. 29. Tauri hodie l. 5. tit. 8. fra eodem lib. 5. Nouz Collect. omnis Regis arguimus. l. commo dissime, cum simili bus, ff. de lib. & post. ubi. Et ita in terminis dicit esse intrepide tenendum Auentandate probans, cap. 14. or. torum, num. 4. & sequen. precipue num. 8. lib. 1. ubi addit quod vsque ad quantitatem de feseñtas mil, per istam legem non datur dos excessiua (intellige in habentibus annuos redditus, quod probare dicit in ea, ibi, T. q. el que inuente uenas de las dotes dozeñtas mil maravedis de renta, no pueda dar me de en dote, arriba de feseñtas mil maravedis. Tadem dicit secundum hunc intellectum fuisse obtentum in Regali Cellaria de Valladolid Sed & communiter tenent, quod ipse Auent. in hoc dicit, testatur frater Anton. de Cordoua in suo tractatu de casus de concortia par. 1. 4. vers. T. aunque en esta póltera clausula, sequitur etiam nouissime F. Ludouic. Lopez. in suo 1. off. uel. conserent. 2. or. cap. 23. colum 180. & sequen. ubi limitat, nisi aliter sit in usu receptum.

Sed ipse intrepide teneo contrarium: imo quod hodie attēta hac nostra lege nulla filia capax sit ex causa doris per contractum inter viuos meliorationis, sed tantum legitimam suam consequatur, idque procedat non solum in personis habentibus annuos redditus, quibus ibi taxata est facultas dori dō filias, sed etiam in omnibus aliis personis, cuiuscumque qualitatis, & quantitates existant licet annuos redditus non habeant: quod aperitissime probatur ex eadem lege ibi, *T. mandamos que ninguna pueda dar ni prometer por via de dote, ni casamiento de hij, tercero, ni quinto de sus bienes, ni se entienda ser mejorada taxata ni epressamente por ninguna manera de contrato entre viuos, &c.* Hoc enim omnes personas comprehendit: Nam licet prior pars legis loquatur in habentibus annuos redditus, constituitur taxam dotium filiabus constitutendam atque promittendam: hęc secunda pars in ceteris personis, etiam non habentibus annuos redditus generaliter loquitur, quę minime referri potest ad priores personas habentes annuos redditus, tum quia de his loquitur spe-

cialiter prior legis pars: tum etiam quia eis non conuenit prohibitio meliorandi in tertio & quinto cum certam taxam dotium constitutendam lex eis contulerit, in qua taxa non potest considerari, an detur melioratio aliqua in tertio & quinto, sicut potest in habentibus alia bona quę in annuis redditibus minime consistunt. Secundo & hęc secunda sententia aperitur fit ex supplicatione R. nostro facta, iuxta quam interpretanda est concessio in §. *Præterea, In usus de inuisionu stipul. & in capitul. inter dilectos, de fide i. h. vromen.* Nam in prædicta supplicatione procuratorum huius regni continetur, quod pater non possit filiam dotate ultra legitimam: sed quia plures, vt sunt habentes annuos redditus non poterant dare quantitatem certam, legitimam non excedentem, definit lex prius, quid cum eis ageudum sit, postea vero generaliter respectu omnium statuit, quod nulla filia ex causa doris inter viuos possit meliorari, & sic ultra legitimam fecipere.

Tertio hęc eadē sententia comprobatur ex ratione finali h. ius legis quę est in ipsius proœmio nempe, *Anta la desorden y danno que se han receido y crecen de las dotes exceçiuas que se prometen, &c.* Nam ex legis proœmio siue primordiale colligitur voluntas disponētis, vt in l. si ff. de hered. insti. & cum simili. & omnis causa, quę lex mouet, præsumitur finalis & non impulsua, vt ne q. in e. cum uice, §. legum sal. an. ff. de condi. & demonst. & ex ratione expressa in lege licita est extensio ad alium casum ultra in ea specialiter designatum, ubi limitat & adest eadem ratio, vt in l. 1. §. se. cum ff. de post. ubi. quamuis lex sit correctoria, iuxta tractata per doct. in l. si constans, ff. solut. matrim. & in Authen. quas uoluntas, C. de sacrosanti. Ecclē. Sed eadem ratio, imo maior concurret in moderandis dōribus, quę dantur ab his, qui non habent annuos redditus, quam in illis dōribus, quę constituantur ab habentibus magnos redditus: Ergo idem ius in omnibus prædictis personis statuendum est, præterquam quod uerbis nostre legis relata omnes supradictæ persone continentur, & sic meo iudicio hęc opinio uerissima & omnino amplectenda est in iudicando & consulendo, & contraria reicienda, & deo merito hanc secundam probant Tellis Fernandez in l. 17. Tauri, nu. 4. & Baeca super hanc l. ca. 4. num. 2. & sequi & nouissime Ioan. Matien. hic gl. 2. num. 3. dicens hanc esse ueriores & receptiores sententiam, allegatq; Cellsum & Couar. eam sentientes: Eandem contra Auentandam late probat Ayora de par. 1. par. quisi. 2. per 10. rru. Nec oportet respondere ad fundamentum Auentandæ contrarium tenentis, cum hic casus comprehendatur ex uerbis legis, vt non seniel prædictū est. Quod si omittis foret, adhuc idem iudicandum esset, quia in eo uiget maior ratio: Si enim coherenter sumtus, dotes immoderate atque inofficiale Magnatum, hominūq; opulentissimi morum: quare idem non erit dicendum in dote ab inope homine, vel non ita diuite danda.

Illud t denique minime præteribo, minus recte meo iudicio intellexisse mentem nostre legis Baccā dicit. 4. num. 6. dum existimat ipse in eo, qui redditus non habet considerandum esse valorem facultatum, & faciendam computationem, quantum redderent ad rationem uuius pro quindēcim vel pro sexdecim, iuxta morem regionis plus minus: quia lex hęc, inquit, ipse ex reditu comēctat facultates & taxat: Nam in non habentibus annuos redditus non est faciēda prædicta consideratio, sed tantum quod filia non consequatur pro dote inter viuos. *Mas de loq. le cupera de legimus*, attento numero liberorum, & quantitates, atque ualoris patrimonii parentis dorem constituentis, si tunc temporis fuerit diuisio, & partitio bonorum eiusdem

parentis dotantis: ita vt ultra prædictam legitimam nihil amplius possit habere pro dote inter viuos per uia meliorationis tacite, nec expresse tertij & quinti. Et hęc esset mens nostre legis vt constat ex supplicatione prædicta, in qua hoc continetur. Et ita sentit atque intelligit Tellis Fernandez ubi supra. Potest etiam legi à filia dotari, si maluerit, respectu ualoris facultatum dotantis tempore mortis dorem constituentis, vt cauetur in l. 29. Tauri. quę in hoc per nostra legem minime corrigitur, sed in eo tantum, quo permittebat filiam posse meliorari ex causa doris in tertio & quinto bonorum parentum: nam hoc hodie non licet per nostra legem vt supra dictum est, atque sufficienter probatum.

SVMARIUM.

- 1 Pater, an in testamento possit meliorare filiam in tertio & quinto bonorum: affirmatur cum quadam limitatione.

Eadem l.

QVÆSTIO XII.

QVÆRO 1^a secundo circa eandem legem an per testamentum filia possit meliorari in tertio & quinto: Et non posse, quia eadem tunc ratio militat prohibitionis, tenit Auent. cap. 1. par. num. 8. col. in. lib. 1. Sed in hoc etiam contra ipsum est tenendum, imo quod filia possit in testamento à parentibus in tertio & quinto meliorari, vt pater ex nostra lege cuius prohibitio tantum est *Por contrato entre viuos*, ibi, *Por uia de casamiento de hija, & ibi, Por ninguna manera de contrato entre viuos*: Ergo per testamentum poterit meliorari, quia lex tantū prohibere uoluit & prohibuit meliorationem per contractum inter viuos, Por uia de casamiento. Prohibitio igitur hęc ultra non extenditur, etiam in utroque casu militat eadem ratio, quia constat de mente contraria legislatoris. Et ita merito hęc partem alios allegans sequutus fui in meo tractatu de iuramento confirm. at. 1. par. cap. 59. num. 15 ubi eam limitationem quodam casu, nempe si tempore, quo fit melioratio in testamento, iam esse tractatum de matrimonio filiz, & matrimonii ratione melioratio fieret vel donatio in testamento: quia tunc fraus uideret fieri legi, filiazque melioratio uideretur per contractum inter viuos, quod uerum nunc quoque existimo. Eandem sententiam principalem post me probauit nouissime Ioan. Matien. hic gl. 2. num. 4. & sequitur nos referens doct. Spino in specul. testam. gl. 1. §. 11. de melior. n. 24. eamque amplectitur Ayora de par. 1. par. cap. 1. g. 2. a quo est cauendum in duabus sublimitationibus, quas assignat, quia uidentur in fraudem dict. l. Regis, nisi aliud constaret.

SVMARIUM.

- 1 Pragmatica de Madrid. procedit, etiam si nullus masculus adfit, sed omnes sunt feminæ.

Eadem l.

QVÆSTIO XIII.

QVÆRO 1^a tertio, an hęc lex habeat locum, quando nullus masculus adest, sed omnes sunt filiz: & partem negatiuam uoluit Cellsum in suo rectorio legum huius regni, ubi dotes, ubi nostram Pragmaticam intelligit expresse loqui in habente filios masculos legitimos: Sentit ergo, quod nullo existente masculo, filia doris nomine inter viuos poterit meliorari: Quod expresse tenit Ioannes à Rojas Inquirerius in sua Epistola, succēscapite tertio, numero 10. §. 6. ca. ratione quod hoc casu non fiat præiudicium filiz, cum non existant masculi, in quorum fauorem dict. caput

Regium fuit introductum, hoc est, nostra lex: quam suam sententiam arbitratur ipse limitandum, nisi pater habuisset nepotem ex filio præmortuo, quo casu filiam minime poterit meliorare, ut ibi late probat. Ergo uero non conuicio, ex quibus uerbis nostre legis supradicti auctores colligere ualeant, loqui tantum ipsam, quando filius masculus adest, cum de hoc nec uerbum ullum, sed generaliter & indistincte loquitur: Quinimo ex uerbis supplicationis contrarium colligitur, quę ita se habent, *Duplicamos à vuestra Magestad, que las dotes que en estos Reynos se dieren, no puedan ser mas q. la legitima que la uierua à la dotada si eñtas se partiessen los bienes del dotador*: Hinc etiam pater hanc l. cōditam fuisse fauore eorū, cum quibus dotata diuideri debet hereditate paternā: sed bona ultra legē in dōte data applicantur tam masculis quam feminis hereditibus, alias esset inter eos inæqualitas contra omne ius, tam commune quam Regium. Nam hereditas paternū non minus debetur filiabus, quam filiis, vt est notum & probatur in l. max. num. uirum, C. de liber. præ. Ergo in utroq; casu lex nostra loquitur. Præterea hęc aperitius fit ex præfatione nostre legis ibi, *Ante la desorden y danno que fomos informados que se ha receido y crecen de las dotes exceçiuas*: Nam hęc eadem ratio & uoluntas statuentis, militat etiam quando nulli adfuit masculi, sed omnes sunt femine, ipsi namque damnum & præiudicium inferretur, si melioratio hoc casu fieret ratio e doris inter viuos, quod præcipue tolleret intendi legislator: Ergo siue sint filii masculi & feminae simul, siue feminae tantum, locum habet nostra legis dispositio: quare recte existimauit Auen. cap. 1. par. et. nu. 7. lib. 1. ineptissime dixisse contractum Cellsum ubi supra. Et præterea hanc nostram sententiam contra Cell. late probauit Baeca in præsent. c. 6. nu. 5. & sequi ubi idem existimat procedere, etiam si omnes aliz filiz sint iam nuptæ præter uiam, cui non poterit meliorationem facere in præiudicium ceterarum etiam nuptarum.

SVMARIA.

- 1 Anus an possit meliorare in 3 & 5 nepotem vel proneptem ex causa doris per contractum inter viuos: negatur.
- 2 Stante statuto, ut feminibus masculis filia femina non succedat, neque quoque non succedat.
- 3 Quando excessio de filio ad nepotem est iusta, lex loquens de filio uel filia, extenditur ad nepotem uel proneptem.
- 4 Quisimo hoc casu non dicitur excessio, sed intellectus & interpretatio ex mente.
- 5 Appellatione filia continetur neptis ex excessio inter appellatione iuxta ratione exponenda ab ipsa natura, &c.
- 6 Dispositio excludens feminas propter masculos, an & quando de uno casu ad alium & de persona ad personam extendatur.
- 7 Parentes pronuntiantes non meliorare aliquem ex filio suo non possunt meliorare nepotem.
- 8 Nepos ex filia meliorari potest.

Eadem l.

QVÆSTIO XIV.

QVÆRO 1^a quarto, Lex hęc prohibet meliorare filiam ex causa doris inter viuos, an idem sit in nepote uel pronepte, nempe ut meliorari non possint in contractu dori inter viuos: Et cum per ipsam nostram legem sola filia sit prohibita meliorari, imo sæpe repetatur uerbum, *huzas*, quibus quidem debetur legitima, neptis uel proneptis poterit meliorari, cui patre uel matre uiuente non debetur legitima, præmaxime cum

simus in correctionis, in quibus appellatione filiorum non continetur nepos, ex doct. Bart. in l. liberorum, ff. de verb. significat. tradunt doct. in l. Gallus, §. inveniunt, ff. de lib. & post. Nec eadem ratio videtur in nepte, que in filia, cum prater filiam precesse teneatur dotare, ut in l. final. C. de dot. promiss. cum similibus neptem vero non, nisi quando ea aliunde non habeat, ut dicitur in supra, hoc libro qua. 10. sed est mera & pura donatio, quam libere parentes possunt facere cuilibet descendenti, ut nepotibus & neptibus ceterisque deinceps, ut in l. Tauri canetur, præcipue l. 7. & 29. Ergo ne leges illæ in hoc remaneant correctæ, videtur tenenda supradicta opinio, quam in terminis nostræ legis ex supradictis tenet Tellus Fernandez in l. 7. Taur. n. 75. dicens, esse indubitatum in nepte vel pronepte filii masculi, cum pater eius esset capax; idemque credit in nepte ex filia, cum nō ex persona matris sed ex persona patris recipiantur: tandem dicit: Cognate: cuius sententiam in hoc veriorē esse existimat eam sequutus novissime Martienc. hic glof. 2. nu. 6.

Ergo vero (parcam mihi viri doctissimi) contrariam sententia libentissime & intrepide probō, imo quod virtute & mente nostræ legis auis habens alios filios vel filias, minime possit neptem vel proneptē ex filia meliorare ex causa dotis per contractum inter vivos, quia cum pater filiam suam meliorare non possit eo casu à fortiori nec neptem ex filia: alias enim melioris conditionis esset neptis quam filia, quod esset absurdū, ut in l. si vna matre, C. de bon. matrem, ex qua lege tenet Paulus de Cast. in l. qui exceptionem, nu. 5. ff. de cond. l. 2. in d. ut itane statuto, quod statibus filiis masculis filia femina non succedat, neptis quoque non succedat, quia in nepte est maior ratio: quem sequitur alios allegans Euerard. in centur. legal. l. 35. a ratione largæ, v. sed ista regula, col. 2. Baeca plures referens hic cap. 7. nu. 13. quamvis in specie Pauli in d. l. qui exceptionem, idem l. sibi nu. 1. col. 2. dicat magis communem opinionem esse in contrarium.

Secundo & pro eadem sententia facit hæc editia, in princip. v. q. obseruationem, C. de secundis nuptiis, ubi præfinitio & taxatio dotis seruanda est in persona aui, auæ, proauæ & proauæ, sicut in persona patris vel matris.

Tertio & præcipue, nam ratio huius legis est, ne ceteri filii vel filia, quibus hereditas paterna debetur, minorem portionem accipiant propter dotem inofficiosam & immoderatam fortis, ut constat ex principio nostræ legis. Hæc autem ratio, imo maior militat in nepte ex filia: Ergo ide mihi in vtraque statuendum est imo statutum censetur, etiam si materia correctoria & exorbitans sit. Nam quod extensio de filio ad nepotem est iusta, lex loquens de filio vel filia, extenditur ad nepotem vel neptem, iuxta ff. de verb. significat. refert plures Tiraque. de primogenitura, quæst. 40. nu. 8. & sequens b. Baeca ubi supra, nu. 9. & 14. Quinimo non dicitur in proposito extensio, sed intellectus & interpretatio ex mente, id est ratione eiusdem statuti loquentis de filio. Nam includitur nepos, nisi hæc interpretatio sit expresse prohibita, ut inquit singulariter Bald. in l. maximum vitium, col. 4. nu. 9. v. sic, quare dico, C. de lib. præ. vel exhered. Et inquit idē Bald. consil. 2. incip. verba statuti, post princip. lib. prim. appellatione filia contineri neptem ex explicita interpretatione, sumta ratione exponendi ab ipsa natura: Nam ratio, quæ mouit disponentem de filia, eadem moueret de nepte: Legitur perinde habendum est, ac si de nepte expressisset, arguunt. l. tale patrum, §. vltim. ff. de pact. Tiraque. qui Bald. & alios refert in d. l. tract. de primogenitura quæst. 70. nu. 3. Et licet maxime cōtrouer-

siante statuto excludente feminas propter ma-

sculos possit argui de casu ad casum ex identitate rationis expresse instituto, vel subintellecta à iure, ex eo quod vna tantum reddi possit, pluribus asserentibus partem affirmatiuam, aliis vero contrariam affirmantibus. Item etiam an dispositio de persona ad personam ex ratione expresse vel subintellecta extendi valeat, præsertim in materia correctoria: attamen facillime admitti semper solita est quatuor in casibus. Primo, quando persona ad quam fit extensio, ab ipsa persona expresse descendit. Secundo, quando si persona ad quam fit extensio, non includeretur, magis dilectus esset deterioris conditionis quam minus dilectus. Tertio, quando resultat absurditas, vel alias dispositio esset illusoria. Quarto, quando persona ad quam extensio fieri vult, saltem sublata verborum expressorum significatione comprehenditur, vt latissime tradit doctor Molina de Hispan. primogen. libro tertio capite quinto, numero quarto & vltimo, ser. 10. Sed in casu nostræ questionis omnia hæc simul concurrunt: Ergo extensio fieri debet. Imo à fortiori cum maior ratio sit prohibitionis in nepte ex filia, quam in propria filia: nam propter quod vnum quodque tale, & illud magis, ut in Aulben. multo magis, C. de sacrosanct. eccles. Si enim filia, cui debetur legitima, meliorari nō potest per contractum matrimonii inter vivos, ne ceteris filiis atque filiabus præiudicium fiat in suis legitimis, dotis inofficiosa datione: multo sane fortius prohibentur censetur meliorari neptem ex filia per contractum matrimonii inter vivos, cui non debetur legitima viuente matre: quod si ipsa sit mortua; adhuc eadem ratione meliorari nō potest ex dicta causa: Hocque satis insinuare videtur mens aperta nostræ legis.

Quarto, quia eiusdem rationibus probanda venit sententia legum Tauri glossatorum in l. 22. præcipue Cifuentis, Castelli & Anton. Gom. num. 27. tenentium quod si pater vel mater promissit in scriptura publica non meliorare aliquem ex filiis suis, non possit etiam isto casu meliorare nepotem vel neptem, quia quando constat de voluntate disponentis, & est eadem ratio, etiam in materia odiosa, semper appellatione filiorum continentur nepotes & alii descendentes: Et in hoc casu constat de voluntate disponentis: quia ille qui promittit non meliorare filium, videtur etiam velle non meliorare nepotem. Et est eadem ratio, imo fortior, cum maiorem dilectionem habeat ad filios quam ad nepotes vel alios descendentes, argum. l. cum aui, cum similibus ff. de cond. l. 2. demonstrat. quam sententiam glossatorum legem Tauri modo recitatam probauit Tellus Fernandez in d. l. 22. Taur. num. 7. & est communis & vera secundum Martienc. in l. 6. §. 1. nu. 4. tit. 6. lib. 6. Noua Collect. Regiæ & secundum Angul. ubi glof. 3. nu. 1. sed Tellus Fernandez ubi supra n. 8. & sequenti ibi eam declarat & limitat, vt procedat quando prædictum pactum factum fuit cum tertio ex causa onerosa matrimonii transactionis vel siml. Seco si fuerit putum & sine aliqua causa ad filios relatum: tunc enim poterunt meliorari nepotes & sequitur novissimè Velazq. in d. l. 22. Taur. gl. 1. nu. 3. & 4. sed quod contrarium est verius & tenendum, ut constat ex Cifua, & Ant. Gom. ubi sup. Imo quod simplex pactum de non meliorando aliquem filium, includat nepotes, etiam si causa non exprimat, quia ea subintelligitur sepe, & nulla alia reddi potest, nempe, nisi vt filii aequaliter succedant: Eadem igitur militat ratio prohibitionis in nepotibus, quæ in filiis in vtroque casu, & in terminis contra Tellum & sequaces ita melius probatur Martienc. ubi sup. & Angel. nu. 2.

Tandem in terminis nostræ legis Regiæ hanc secundam partem probauit contra Tellum Fernandez. Baeca. in present. d. l. cap. 7. nu. 6. & sequent. & nullo relato eam

tequi-

sequitur confiderata mente & radice huius leg. novissimus Pelacz de maiorat. in l. part. 9. l. 19. sed & Martienc. ubi supra, d. gl. 2. nu. 6. qui priorem sententiam sequitur est, eam intelligit, modo hæc melioratio facta nepti non excedat quantitatem legitimæ filiae debitæ: Ergo non est melioratio, & sic ea fieri non potest nepti, ut in hac sua limitatione tenuit idem Glossator sibi contrarius in commentis.

Sed & in nepte ex masculo adhuc contra Tellum sentit Baeca ubi supra, n. 31. & 31. nempe non possit meliorari & rectius meo iudicio quoniam in hoc casu concutit mens, & verba legis quadrant. Loquitur enim de dote & sic de feminis agit; de resecandis immodicis dotibus, quod etiam hoc casu est necessarium.

Ex quibus etiam fit, vt cum nostræ lex loquatur de dotibus feminarum, non debeat habere locum in nepote masculo ex filia: Is enim non obstante nostræ l. quæ in feminis tantum loquitur & masculos non comprehendit: quia possunt hodie meliorari in tertio & quinto bonorum, & non obstante, quod ex radice infecta procedat, cum sit masculus, & femina tantum sunt prohibita meliorari per contractum inter vivos ex causa dotis, poterit iure optimo meliorari etiam ob causam matrimonii, ut dicunt idem Baeca ubi supra, d. cap. 7. n. 33. & sequent. præcipue n. 1. quicquid contrarium probare conetur Io à Roias in suo Epitom. success. c. 3. n. 31. & sequent.

S V M M A R I A.

1. Agens ex promissione dotis, an teneatur probare dotem legitimam vel immodicam conuentus, & sequent.
2. Heres conuentus legatarij, & legatis sufficere bona ad legata persolenda teneatur id probare, quod probat, asserendo tot esse bona & non amplius, & qui dixerit plura esse, id probare tenetur, hoc intelligitur consilio inventario, ut in n. 4.
3. Mulier vel eius heres petens arras à marito, vel eius heredes sibi promissas teneatur probare eas non excedere 10. partes bonorum promittentis, sed verius est contrarium, ut in n. 5.
4. Quando ex alio processu resulat dubietas an arrha promissæ excedant vel non 10. partem bonorum promittentis, præcipiendum est à iudice rem liquidari per affirmatores & bonorum diuisores à partibus nominandos.
5. Muliere existente in possessione dotis, excessum præsentendæ & sic alibi absq. dubio eum probare tenetur.

Eadem l. 1.

Q V Æ S T I O X V.

Quarto quæ quinto circa eandem l. Regiam, quis teneatur probare dotem legitimam vel immodicam fuisse, an agens ex promissione dotis, esse legitimam, vel conuentus esse inofficiosam: Et videtur quod eo ipso, quod reus conuentus allegauerit dotem esse ultra legitimam, & sic contra hanc legem, transferatur onus probandi contrarium in agentem, iuxta gl. in l. cum de lege, ff. de probat. quæ tenet, quod heres conuentus à legatarijs negans sufficere bona ad legata persolenda, teneatur id probare: quod probat eo ipso, quod asserit eum tot bona habere & non amplius, & qui plura bona eum habere dixerit, id probare tenetur. Cuius gl. sententia communiter est approbata, ut testatur Doct. Covar. lib. 2. Par. resol. c. 6. n. 3. dicit in meo tract. de Iuramento Confirmat. 1. p. c. 1. n. 23.

2. Secundo faciunt tradita per Roder. Suar. in l. 1. sit, de

las arras lib. 3. ubi late probat, quod si mulier soluto matrimonio vel ejus heres petat arras sibi per maritum promissas, & ei opponatur, quod non debentur in tanta quantitate sicut maritus promissit, quia tempore promissionis non habebat tot facultates, vt sufficeret decima pars ad quantitatem sibi promissam, iuxta l. Regiam de hoc agentem, hoc casu mulieri, ejuque heredi incumbit onus probandi sufficientiam mariti tempore promissionis arrharum ad quantitatem promissam, non vero marito seu ejus heredibus, minores fuisse, quia mulier vel ejus heres petedo certam quantitatem arrharum, censetur allegare ad propriæ petitionis fundamentum qualitatem hanc, scilicet, maritum tot bona habuisse, quot sufficeret ad arrhas illas constituendas intra decimam partem bonorum: cum alioqui ultra decimam partem constituto eorum non valeat, iuxta d. l. Fern. & l. 50. Taur. & ideo hoc probare tenetur: Ergo ita in proposito videtur dicendum, vt mulier vel ipsius maritus herede agens ad dotem promissam, teneatur probare esse legitimam, non vero inofficiosam si contrarium à 10. conuento allegatum fuerit, ut supra dicitur. Sed & faciunt alia præ hac parte à me adducta ubi supra, d. cap. 7. n. 10. & sequent. & in terminis nostræ l. ita tenet novissimè Pelacz. in tractatu maior. l. p. §. 2. n. 17. dicens idem procedere in jocalibus, quam maritus per nostram l. non potest dare mulieri ultra octavam partem dotis & ibi limitat, quando mulier dotem possidet, tunc enim excessum præcedentes id docere debent.

Sed his non obstantibus in quarto, principali, etiam quando mulier vel ipsius maritus vel heres dotē promissam petit, cōtraria sententia meo iudicio verior est & tenenda, imo quod tunc temporis reus conuentus allegans prædict. exceptionem, nempe dotem esse inofficiosam & contra hanc l. respectu paupertatis bonorum dotantis teneatur id probare, alias non obtineat: agens vero, contrarium non teneatur probare, siue agat iudicio ordinario, siue exequutivo: nisi ex tenore instrumenti constat, patrem promissæ, vt latissime recteque probauit Baeca in present. l. 36. n. 15. & sequent. quod verum patat Ioan Martienc. hic gl. 7. in fin. & præcipue eo fundamento, quod fundans se in diuitijs vel paupertate, teneatur eam qualitatem probare, iuxta gl. communiter approbatam in l. si vero, §. quis pro rei qualitate, ff. de satis d. cogantur. Ergo cum actor in proposito non se fundet in aliqua qualitate, sed tantum petat dotem sibi promissam, reus vero se fundet in paupertate, conseqens est vt hic, non vero ille eam probare teneatur. Pro quo etiam pondero verba huius nostræ Libi, So pe. a que todo lo que demas de lo agui contiendo diez y noanestero segun dicho es, lo aya perdido y pierda: Nam vt priuatur excessu, & applicetur ceteris filiis vel filiabus, probatio ipsius debet fieri ab allegante excessum: Peripice etiam quod l. in his verbis loquitur, tam de dote inofficiosa data, quam promissa, vt patet ibi, Diez y noanestero. Idem ergo vtroque casu dicendum est in nostro proposito.

Nec obstat quod gl. in d. l. cum de lege, ff. de probat. supra allegata pro contraria parte, quoniam ipsa est intelligenda iuxta tex. quem allegat nempe l. si s. licentia, C. de iur. delib. qui text. loquitur, quando heres conficit inventarium: tunc enim propter præsumtionem, quæ est pro inventario solemniter confecto, heres dicens tot legata fuisse relicta à testatore & tot bona remansisse in ejus hereditate & non amplius, vt apparet ex inventario, transferit onus probandi in legatarijs, secundum Covar. ubi supra, n. 4. & me etiam ubi supra, n. 37. ubi alios allegauimus.

Nec opinio quod Roderici Suarez, in arthiis tenentis contrarium, nocet in proposito, quoniam ipsa non

Q

quo vixerit: si vero vxor prædecesserit & maritus vivat, ab eoque petantur archæ promissæ, nec certum sit, quod vltioris tempore vivet & gaudebit præd. usufructu, fiet pro tunc computatio atque æstimatio annorum, iuxta formam d. l. hereditatum, in 2. part. sbr: Solutum est tamen, quod si minus vel plus vixerit, postea eius ratio habebitur, vel ad diminuat das vel suppleat archas præstita divisione ad ad usaq; partes, iuxta doctrinam Bartol supra adductam, nisi partes ipsæ alio modo se conveniant, quarum in hoc conventio ratione incertitudinis vitæ mariti valida erit. Et sententiam præd. principalem Palatij Rub. & sequacium, quam probavimus, sequitur etiam & bene declarat Doct. Molin. de Hispan. primog. lib. 3. cap. 16. nu. 41. ubi alium computandi modum certiorum, faciliorem ac quidem rei, de qua agimus convenientiorē & optimū adducit, nempe vt in præmissa nostræ quæstionis specie æstimandus fit valor bonorum maioratus in redditibus, deductis expensis quotannis valere soleant, possit præd. possessor mille ac sexcentorum ducatorum summam vxori suæ pro arthis promittere, valorem ad rationem vnus pro octo redditus ad vitam, vt communiter æstimari solet, computando: dicens esse singulare ac perpetuo menti tenendum ad artharum promissiones que quotidie fieri solent à maioratum possessoribus, & quod sic quotidie hæc intelligi ac praticari solent. Supradicta enim computatione facta versus valor d. redditus maioratus pro vita ejsulde possessoris resultat decem & sex millium ducatorum, cuius decima pars est prædict. summa mille & sexcentorum ducatorum: Idem voluit novissime Ayora de part. part. cap. 7. n. 26. dicens æstimandum esse valorem usufructus & commoditatis illorum bonorum, ac illum dubium eventum pro tempore vitæ possessoris, licet non exprimat, quanti sit æstimandus, provt expressit Molin. ubi supra, nempe ad rationem vnus pro octo redditus ad vitam. Eandem sententiam Palat. Rub. & sequacium sequitur novissime Alvar Valasco Lusitan. post hæc typis mandata visus & consultatione 16. n. 10. & 11. in 1. tom. licet non ita explicite sicut Doct. Molin. tamen cum & ceteros referat præter Ayoram. Hodie tamen Regia Pragmatica ad rationem vnus pro septem redditus ad vitam vitam æstimari ac vendi debere præceptum est: Et secundum hanc rationem in proposito nostro erunt redditus maioratus seu vinculi æstimandi atque computandi, ita vt in præmissa specie duorum millium ducatorum reddituum maioratus, illius possessor possit tantum mille & quadringentos ducatos pro arthis vxori suæ promittere & non ultra: & sic de ceteris.

S V M M A R I A.

- 1 Mater an possit meliorare ex filijs prioris matrimonij vel nepotem in archis eiusdem matrimonij, vel an melioratio generalis comprehendat etiam archas: & r. sequenti affirmatur.
- 2 Vbi lex ipso iure disponit, cessat omnis dispositio in contrarium.
- 3 Mulier transiens ad secundas nuptias tenetur reservare archas filijs prioris matrimonij, si quo processerunt.
- 4 Archæ sunt propria bona vxoris, quia ipse datur in recompensam virginitate vel nobilitatis.
- 5 Mater que transiit ad secundas nuptias potest meliorare in archis quem velis ex descendentiis ab illo matrimonio, si quo archæ processerant, quinimo

generalis melioratio hoc casu archas comprehendit, si vero ad secundas transiit nuptias, non potest facere præd. meliorationem, sed tenetur archas reservare præd. filijs.

L. 3. tit. 2. lib. 5. Novæ Collect. Regiæ.

Q V Æ S T I O X V I I I.

Q Væro ¶ circa hanc l. 3. tit. 2. lib. 5. Nou. Collect. Reg. ibi, Si la muger no buviere hyo del matrimonio, & c. Quid si habet filios ex illo matrimonio, an poterit meliorare aliquem eorum vel nepotem in archis prædictis: vel an melioratio generalis bonorum comprehendat etiam archas: Et non comprehendere, nec expresse posse fieri dicit, meliorationem in archis, probate videtur l. Fori, tit. 2. lib. 5. dum disponit, quod mulier habens filios illius matrimonij: Ergo æqualiter inter ipsos sūt dividenda, nec poterit vni plus relinquere quā alteri, arg. tex. in arch. de nuptijs, §. venio. 2. collat. 4. in arch. lucr. ubi hoc, C. de secund. nupt. cum similib. vbi probatur, quod illud, quod lex mādāt filijs reservari à matre vel patre tranfente ad secundas nuptias, venit æqualiter inter eos dividendum, nec permittitur eis eligere vnum ex præd. filijs: Et in his terminis, quod melioratio fieri non possit in his bonis reservatis, tenet & comprobat Pelaez de maiorat. 3. p. 9. 4. per totum. Unde inquit Bald. in d. arch. lucrum, quod vbi lex ipso iure disponit, cessat omnis dispositio, per quam destrueretur hie impediret legalis dispositio & provisiō. Sic etiā valat Rub. in v. l. 2. ab. de donat. inter vir. & vxor. §. 27. in princ. tenet per d. Fori, quod si filij supersint, non potest disponere vxor, nisi de 4. part. artharū, quā potest distribuere pro anima sua: alia vero partes remanent filijs: sicq; videtur sentire, quod nō possit meliorare aliquem filiorum in reliquis tribus partib. artharum, quāvis id nō fiat exprimat: sed expresse hanc sententiam (agens de hoc articulo ad partes) sentavit Roder. Suar. in l. quoniam §. priorib. in 1. limit. 1. regni per totum, sibi mibi 170. C. de inoff. testam. & iterum in d. l. Fori, tit. de las arras, in vers. contra hoc quæritur de quodan quib. & vtrobique inquit, vno casu procedere hanc conclusionem sine scrupulo, nempe quando mater transit ad secundas nuptias, postio pro constitū, quod per talem transitum non amitteret archas: Nam tunc cum de necessitate teneatur relinquere d. archas filijs primi mariti, à quo processerunt archas, vt in d. l. Fori, in vers. Et si la muger buviere hyes de dos marito. Idemque de iure communi probat Ant. Gom. in l. 14. & sequenti: Taur. n. 2. vbi refert etiam d. l. Fori, imo hoc casu nec de quarta parte posse disponere mulierem, tenet Roder. Suar. in d. l. 3. v. c. c. hoc limitans ita principium illius legis, distributio æqualiter inter ipsius filios prioris matrimonij facienda erit, nec poterit vnum ex eis meliorare, iuxta d. arch. lucrum, cum similib. supra adductis, tenet etiam Gom. Arias in l. 5. Taur. Sed pro cōtraria parte, imo quod melioratio fieri possit & generaliter facta, intelligitur etiam facta in archis, facit: Nam legibus nostri Regni permittitur parentibus meliorare descendentes legitimos in tertio & quinto bonorum suorum, que reliquerint tēpore mortis, vt patet ex legit. tit. 6. de las mayoras de tercio y quinto infra hoc lib. Sed archæ sūt propria bona vxoris, quia ipsi datur in recompensam 4 virginitatis vel nobilitatis, vt inquit Doct. Ant. Gom. in l. 6. & sequenti: Taur. n. 12. ad si. Ergo melioratio 1. & quinti de his valet & tenet. Secūdo pro ead. sentētia facit l. 52. Taur. que est l. 4.

S V M M A R I A.

- 1 Lex 25. Taur. an procedat etiam in vestibus, annulis, ornamentis & ceteris socialibus atque donis pretiosis traditis & scilicet ab sponso sponse tempore nuptiarum & velationum, ante tamen benedictiones nuptiales negatur.
- 2 Vestes & alia ornamenta tradita à viris vxoris post velationem vel receptas benedictiones nuptiales, si quotidiana sunt efficiuntur sicut vxorum, si vero festiva & pretiosa secus.
- 3 Quod procedit, etiam si maritus diceret quod donabat vxori prædictas vestes pretiosas.
- 4 Limitatur tamen in magnatibus Regni & opulentissimis viris: sed an sit verum agitur.
- 5 Sed vbi expressa donatio harum vestium pretiosarum fieret, requiritur perseverantia in ea usque ad mortem mariti, vt ea donatio præd. confirmetur.
- 6 Que dicantur in proposito vestes pretiosæ, & de esculis atque sibi, & quosdam, vt inquit arbitrio iudicis, & n. 8. & nonnulla exempla in specie referuntur.
- 7 Omnis dispositio recipit interpretationem à consuetudine.
- 8 Vestes quotidiana dicuntur sine quibus vxor in publico comparere non potest, etiam in diebus festivis.

L. 52. Taur. quæ hodie est l. fi. tit. 2. lib. 5. Novæ Collect. Regiæ.

Q V Æ S T I O X I X.

Q Væro ¶ circa l. 52. Taur. que hodie est l. fi. tit. 2. lib. 5. Novæ Collect. Regiæ, an sponso dispositio procedat etiam in vestibus annulis, ornamentis & ceteris socialibus atque donis pretiosis traditis ab sponso sponse tempore nuptiarum & velationum, ante tamen benedictiones nuptiales, vt solum matrimonio sponfa lucretur mercedi et eorum per osculum, & totum per copulam: an vero totum debeat restitui marito & eius heredibus: Et videtur in his quoque procedere decisionem nostræ: Iquandoquidem dantur tempore, quo erant desponsati ante velationem, quo casu loquitur nostra lex, vt patet ibi: Todo lo que el esposo le buviere dado antes de confirmado el matrimonio: & ibi: Ganen todo lo que seyendo desposados le buvio el esposo dado. Hocq; præcipue procedit, si in domo sponse d. tempore nuptiarum fuerint tradita supradicta: Nam ex hoc in dubio iudicatur tradita ante nuptias, & sic ab sponso, vt in l. cum in te, C. de donat. ante nupt. facit etiam text. in L. inter eos, D. de donat. inter vir. & vxor. quibus & alijs fundamentis hanc sententiam in terminis probavit Anto. Gom. in d. l. 52. Taur. n. 5. quam breuiter sentit prius Montal. in l. 6. de las herencias, lib. 3. fori, in gl. magna, col. 2. ibi: Idem de panis datis tempore nuptiarum, qui indistincte sunt mulieris: sed eam sequitur expresse Matienç. in præsent. gl. 6. n. 4.

In contrarium tamen, imo quod in hac quæstione idem iudicetur, quod in datis à marito vxori post velationem: quia datū vel traditum tempore nuptiarum aperte censetur datum & collatum in tempus matrimonij, vt in leg. quod sponfa, Cod. de donat. ante nupt. cum similibus, præmaxime cum ad maritum spectet onus & cura victus vestitus vxoris, & tempore nuptiarum eidem dederit prædictas vestes & ornamenta, & statim sequantur velationes: Nam non potest aliud conijci, nisi quod dedit & tradidit tanquam vxori pro adimplendo onere & necessitate sibi à iure imposita, atque consuetudine, imo & pro honore suo, & vt sibi consulat, ne tanquam parcus habeatur. Præterea actus agentium non debet ultra eorum intentionem

l. 4. statim sequens, dum per eam permittitur vxori, vt sol. matrim. possit eligere archas vel vestes & jocalia: sicque æquiparentur illa duo: sed de vestibus & alijs bonis certissimum est, mulierem posse disponere & meliorare vnum ex filijs: ergo idem in archis dicendū est. Tertio, quia ex d. l. Fori, non obstantibus filijs, vxorēque non disponente, archæ revertebantur ad maritum: hodie tamen per nos tram l. 3. in hoc casu non ad maritum revertuntur, sed ad heredem vel heredes mulieris pertinent: Ergo non est differentia inter archas & alia bona.

Nec tenendo hanc opinionem oberit d. l. 1. fori. de las arras, quoniam vel secundum jus commune in vxore, vel præcedit nuptias contraxit, intelligi dā est, vel quamvis præcedit loquatur, cum sit l. fori, non habet vim nec tenemur eam observare, nisi probato ipsius vlt. vbi dixi infra, q. 93. n. 2. Quod si replices præd. l. fori esse servandam: quia id cavetur in leg. 2. sup. preced. vbi inquit lex: La ley del fuero, que dispone que no pueda el marido dar mas en arras de la decima parte de sus bienes, no se pueda veniciar, y si se veniciare no es b. r. ga te la tal veniciacio, lo cōtendo en la dicha ley segun de y exerce, & c. Respondeo hoc tātum procedere, & ab hac l. præceptum esse, observari leg. fori respectu dispositionis relaxat in ea, nepe vt nullus possit ultra decimam partem bonorum in archis dare vel promittere, vt ex ipsa cōstat, non vero vltius: Idque manifestius constat ex d. l. 2. vltima nostra 3. Nam in d. l. 2. refertur prima pars l. fori, quæ est supradicta. In nostra vero l. 3. refertur 4. pars d. l. 1. fori, nempe quando filius non existat. Secunda vero pars legis fori, quæ loquitur de instantibus filijs, quo casu revertitur nostra quæstio, ommittitur, nec alibi refertur, quod ipse scierim: Remanet igitur in suo antiquo statu, vt ita demum observanda sit, si ipsius vbi probetur iuxta supradicta: quibus fundamentis de opinione Roder. Suar. merito dubitavit valde Tellus Fernand. in l. 19. Taur. n. 12. & minime putat verum dicit. Roder. Suar. in hoc Pelaez ubi supra, n. 4. Et contra Roder. Suar. in hoc, vxore non contrahebat secundas nuptias, constantet tenet Doct. & Molin. de Hispan. primog. lib. 2. cap. 10. nu. 64. dicens hoc casu reficiendum esse opinionem Roderici. Suar. ubi sup. & Angul. in l. 2. gl. 1. nu. 10. tit. 6. hoc lib. 5. Novæ Collect. Regiæ, & Matienç. in præsent. gl. 1. Nam nec vlla lex, que vigorem legis habeat, defert archas filijs illius matrimonij: sed à marito vxori, ejsulque heredibus promittuntur. Nec est differentia inter archas & cetera bona, cum attentis legibus hujus Regni omnia bona parentum sine filiorum, præter quantum, de quo etiam inter extraneos parentes disponere possunt, & nihilominus possunt filios descendentes in tertio bonorum meliorare, vt prædixi.

Quare sextimo in rigore iuris, hanc secundam opinionem esse veriotem & tenendam, vt mater, quæ ad secundas nuptias non transiit, cessante consuetudine, possit meliorare quem vel quos voluerit ex filijs vel alijs descendentiis suis in tertio & quinto artharū, sicut in alijs bonis vt melioratio generalis ex omnibus præd. bonis etiam archas comprehendat. Si vero transierit ad secunda vota, tunc erit tenenda sententia Roder. Suar. ubi supra, nempe vt in archis præd. meliorationem minime facere possit: cum non solum per d. l. fori, fed etiam iure communi eas reservare teneatur filijs illius matrimonij, vt prædixi, quo casu melioratio locum non habet, vt in d. Authenti. lucrum, C. de secundis nupt. cum similib. hoc idem sequitur dicens sibi videri verissimum Doct. Molin. ubi supra, n. 62. & 64. amplians in vestibus pretiosis atque lecto quotidiano, & alijs lucris similibus pari ratione, & Angul. ubi sup. n. 11.